

in Italiam magnis itineribus contendit duasque ibi legiones conscribit, et tres quae circum Aquileiam hiemabant ex hibernis educit, et qua proximum iter in ulteriorem Galliam per Alpes erat cum his quinque legionibus ire contendit. Ibi Centrones et Graioceli et Caturiges *locis superioribus occupatis itinere* exercitum prohibere conantur. Compluribus his proeliis pulsus, ab Ocelo, quod est citerioris provinciae extremum, in fines Vocontiorum ulterioris provinciae die septimo perrenit, inde in Allobrogum fines, ab Allobrogibus in Segusianos exercitum ducit. Hi sunt extra provinciam trans Rhodanum primi.—CÆSAR, B. G. I. 10.

(a) What is the subject of *futurum*? of *haberet*? (b) Explain the construction of italicized words in the above passage.

II. Ubi vero moveri et appropinquare moenibus viderunt, nova atque in sitata specie commoti legatos ad Cæsarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti: Non existimare Romanos sine ope divina bellum gerere, qui tantae altitudinis machinationes tanta celeritate promovere et ex propinquitate pugnare possent, se suaeque omnia eorum potestati permittere dixerent. Unum petere ac deprecari: si forte pro sua clementia ac mansuetudine, quam ipsi ab aliis audirent, statuisset Aduatucos esse conservandos, ne se armis despoliaret. Sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae virtuti invidere, a quibus se defendere traditis armis non possent. Sibi praestare, si in eum castrum deducerentur, quamvis fortunam a populo Romano pati quam ab his per cruciatum interfici inter quos dominari consueverant.—CÆSAR, B. G. II. 31.

(a) Account for the subjunctives *possent*, *despoliaret*. (b) Write in direct narration the passage from *Unen petere* through *non possent*.

III. Dixit; et avertens rosea cervice refalsit,
ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere: pedes vestis defluxit ad imos
et vera incessu patuit dea. Ille ubi matrem
agnovit, tali fugientem est voce secutus:
“Quid ratum toties crudelis tu quoque falsis
ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur, ac veras audire et reddere voces?”
Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
At Venus obscuro gradientes aëre sepsit,
et multo nebulae circum dea fudit amictu.
cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
mouisse moram, aut veniendi poscere causas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae, sertisque recentibus halant.—VIRGIL, B. I.

(a) *avertens*.—what is the force of the pres. part. here? (b) *ambrosiae*: derive. (c) *talibus*: supply the ellipsis. (d) Remark on the construction of *amictu*. (e) Where was Paphos? (f) Scan the first three lines.

IV. Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
exultat, telis et luce coruscus athena;
qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,
frigida sul terra tumidum quem bruma tegerat,
nunc positus novus exuviis nitidusque iuventa,
lubrica convolvit sublato peccore terga
arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.